



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Accusatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

ACCUSATIO. 19
ACCUSATIO.

Constitutiones Religionum concedentes Prælatis, ut sine accusatore secretò, aut publicè puniant suos subditos, intelliguntur de leuioribus: in grauioribus enim tenentur seruare ordinem iuris, cuī non renunciant Fratres; nec procedere possunt sine prævia accusacione, etiam contra conuictos, nisi culpa sit cōmissa in præsentia Prælati coram testibus, vel contra reum adsint infamia & indicia: tunc enim procedere potest per viam inquisitionis; aut nisi velit procedere non ut Iudex, sed vt pater. tom. 2. qu. 7.^a art. 2. & 3.

Nullus accusare aut denunciare tenetur propter iniuriam sibi illatam, licet non sit illicitum id facere; debet tamen quilibet denunciare crimen damnosum Reipublicæ, si adsunt testes quibus probari sufficenter queat. Imò quandoque accusare, si notabile sit damnum Reipublicæ. art. 4.

Iudex etiam inferior accusaciones non iuridicè propositas potest & aliquando debet rescindere, sicut

B 2 non

A G E R E.

20 non admittere : accusationem tamen iustam , ad compensandam injuriam tertio illatam propositam, minime rescindere potest.art.6.

Licet denuncians non teneatur ad probationem , nec incurrit pñnam talionis , si in probatione causa deficiat , sicut accusans: peccat tamen mortaliter denunciando iudicialiter , præuidens probabiliter defuturam iuridicam probationem, art.8. & quest.6.art.9.

Quomodo accusans & accusatus debeant esse eiusdem fori , & alia quædam etiam Clericis communia prosequitur prædicta.quest.7.

A G E R E.

Licet Monachus nihil habens proprij , nec agere , nec conueniri possit , hoc tamen fallit , quando est in studiis de licentia suorum Superiorum : tunc enim omnia illi licent , sine quibus in studio esse commodè nequit: unde licet iure prohibetur Monachus agere contra Abbatem , tunc nihilominus licitum est illi , saltem implorando iudicis officium , ut sibi sumptus necel